TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0838**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Documenta
Saec. XIV.

Civitatis
Utini

833

51

Capitulum primum

In Christi nomine amen. Incipit capitulum primum loquens et tractans de omnibus et singulis privilegiis, concessionibus, pactis et pacem continentibus, transactionibus, conventionibus, ad similia concernentibus et tangentibus, atque aliis scripturis memorie dignis, cum solennitatibus continentie ipsorum notatis describuntur.

Lodovicus Dei gratia Ungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Comanieque rex, princeps Salernitanus et honoris Montis Sancti Angeli dominus. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis. Quod tanto celebrius fame nostre preconium culminisque nostri regalis serenitas non dubitat ampliare, quanto predecessorum nostrorum laudabilem vitam et precipue excellentissimi nostri genitoris ecclesiarum causas et commoda in quibus nostre christianissime religionis potentissima vis consistit amplioribus nititur favoribus confovere, et regalibus munificentiis premunire. Sane ad ecclesiam Aquilegensem ecclesiam multorum emulorum parte dispendia ministrante, retroactis temporibus oppressionibus lacessitam, cum quidem ipsius et incole universi ad culminis nostri augmentum eandem in nostre devotionis fidelem animum habuerint merito nostre serenitatis aciem dirigentes, modis et conventionibus infrascriptis nostro filiorum heredum et successorum nostrorum in regno, et ipsius regni nostri nomine una cum inspectis nostris et regni nostri prelatis et baronibus de eorundem consensu certo, ac voluntate, ac matura deliberatione, et certa scientia ad infrascripta omnia, nos successores filios et heredes ac bona omnia, vice etiam ac nomine dicti regni obligantibus, cum eorum juribus, et singulis infrascriptis denotatis Recepimus ex nunc reverendissimum in Christo patrem dominum Marquardum patriarcham Aquilegensem et ipsius successores, et ecclesiam Aquilegensem, prelatos capitulum capitula, et successores suos patriarchatus Aquilegensis, nobiles heredes, et successores suos, et comitates Forojulii, civitates terras castra et districtum dicti patriarchatus, et dictorum prelatorum, capitulorum, nobilium et comitatu predictorum, quas que [?] et ad ipsos tenent et possident, et in futurum acquirent, seu ad eos devenerint, sub nostra filiorum heredum et successorum nostrorum, necnon regni nostri prelatorum et baronum ipsius protectione et deffensione plena et gratuita. Et ipsos et dictas castra et civitates predicti ac districtum predictum, promittimus quibus super nobis manutenere deffendere et conservare contra et adversus quoscumque principes duces, comites barones communitates et quascumque comunitates ad requisitionem ipsius patriarche et successorum suorum et majoris partis sui consilii parlamenti, et sede patriarchali vacante ad requisitionem vicedomini et capituli Aquilegensis et majoris partis consilii parlamenti, excepto quod contra papam et successores suos et imperatorem et

et success., et success. Imperio, quantum pro facto ipsorum tantum scilicet ecclesie Romane
et Imperij. Insuper volumus, et declaramus, quod magnificus dominus Franciscus
de Carraria dominus Padue et qui exnunc pro nobis et Regni nostri colligatus -
declaramus, obliget se, heredes et bona sua, nobis filijs et heredibus et succe-
ssoribus nostris, et Regno nostro, prelatis, et principalioribus, Baronibus Regni nostri
ad nostre serenitatis heredum et successorum nostrorum ac Regni nostri mandatum facere
guerram, in tantum sed et cum partibus circumstantibus, apud alteram ipsius, contra
inimicos dicti patriarche, et successorum suorum, et patriarchatus, et ecclesie Aquilegensis
ac patrie Foriiulij. Versaque vice ipse dominus patriarcha pro se ecclesia Aquilegensi
et patriarchatu suo, et successoribus suis, prelati et Capitula dicti patriarchatus pro se et
suis successoribus, et Nobiles Foriiulij pro se et heredibus et successoribus suis, et
Comunitates dicti patriarchatus predicti sub fide ipsorum, et cum eorum iuramentis, et
obligationibus bonorum suorum (prout ipsorum litteris et privilegijs celsitudini nostre
porrectis, et eorum communitis sigillis super hijs confectis plenius inde
patet) erunt et sunt decreto cum celsitudine nostra filijs heredibus et
successoribus nostris, et cum Regno nostro, et Baronibus dicti Regni nostri, et heredibus
et successoribus eorum et cum ipso domino Padue, collegato nostro et heredibus
suis in quibuscumque bellis, guerris, inimicitijs, et discordijs, contra, et
adversus quoscumque principes, duces, comites, marchiones, barones et
dominos, et quascumque comunitates, ad petitionem et mandatum nostre serenitatis
filiorum heredum et successorum nostrorum, et dicti Regni, in patria Foriiulij et
in territorio patriarchatus Aquilegensis et partibus circumstantibus, apud dictam patriam
Foriiulij, et alteram dicti patriarchatus, faciendo et exercendo contra inimicos
de Civitatibus locis terris castris passibus, et fortalicijs dicti patriarchatus
excepto quod contra papam, et successores ipsius, et Imperatorem et
success. Imperio quantum est pro facto ecclesie Romane, et Imperij tantum
et excepto quod contra duces Austrie, durantibus treugis presentibus, inter
ipsum dominum patriarcham, et predictos duces, et contra solam personam Hermanni
Comitis Cilie, claudentque etiam passus, et stratas Foriiulij, et
alterius patriarchatus ad petitionem mandatum et beneplacitum nostre, filiorum
heredum, et successorum nostrorum, tempore guerre contra quoscumque, contra quos erit
guerra, et etiam faciet et facere permittet, et claudere nostra serenitas
Serenitas, ac etiam faciet, nostri filij heredes et successores, ac
Regnum nostrum, ad requisitionem dicti patriarche et successorum suorum, sede va-
cante, ad requisitionem vicedomini patriarchatus Aquilegensis, et ipsius Capituli et
ad Serenitatis nostre mandatum, ac filiorum heredum et successorum nostrorum
ac Regni similiter faciet, et claudet stratas, et passus suos, et claudere
tenebitur idem dominus paduanus, nostri collegatus filij et heredes sui,
Velit insuper nostra Maiestas (ipsis contingente durantibus presentibus
guerris) quod acquirerent aliqua castra terre ville aut civitates
per nos filios et heredes nostros, aut successores, et Regnum nostrum, et
ceteros colligatos videlicet dictos patriarcham, et successores suos, prelatos
nobiles heredes, et successores suos, et comunitates Foriiulij, et
dominum padue super dictos filios heredes suos que iure vel dominio
et illa castra terre ville, aut civitates spectarent vel pertinerent
seu retroactis temporibus (quo iure modo) pertinuissent ad patriarchatum
Aquilegensem de iure, quod debeat esse dicti patriarchatus, et remanere,

dicti patriarchatus. Si vero non spectarent nec pertinerent, seu retroactis temporibus
quovismodo non pertinuissent ad patriarchatum predictum de iure, et agnoscitur contingere
per partes supradictas secundum determinacionem nostram heredum filiorum et successorum
nostrorum, et dicti Regni nostri. Si vero agnoscerentur per aliquam partium, tunc sit et debeat
acquirentis, et quod captiva et bona mobilia sint capientium, non possit insuper
dominus dominus patriarcha et successores sui in patriarchatu, et prelati, et successores eorum
dicti patriarchatus, et nobiles heredes et successores sui dicte patrie Foriiulii
et comitates patriarchatus, nec debeat incipere novam guerram nisi ad defensionem
et offensionem contra occupare volentes manu armata vel alio modo directo, et
manifesto, aliqua castra terras et civitates dicti patriarchatus, que ad presens tenent
manifesto, aliqua castra ... et comitates, et in futurum quas
possident, per dictos patriarcham nobiles et comitates, et in futurum quo
et possident. Per dictos patriarcham, nobiles, et comitates, et offensionem contra
nisi nec acquirerent per eos, acetiam ad defensionem, et offensionem contra
invadere volentes manu armata, vel modo directo et manifesto, verum
dicti patriarchatus. Et quod dominus patriarcha et successores sui in patriarchatu, et prelati
et successores eorum nobiles heredes et successores eorum, et comitates dicti
patriarchatus non faciet, nec possit facere pacem aut treugas, nec aliqua
guerra in qua guerra nostra maiestas filii et heredes, ac successores nostri
ac Regnum debeat esse, ac fuerint cum eis sine consensu expresso nostro, filiorum
heredum, et successorum nostrorum. Nos insuper filii et heredes, ac successores nostri
et Regnum nostrum, possumus et possit, et valeat facere pacem, aut treugas
sine consensu, et voluntate dictorum patriarche et successorum suorum et dictorum prelatorum
et successorum suorum nobilium heredum et successorum suorum, et comitatuum predictorum
cum nostra serenitas filii heredes et successores nostri, et Regnum nostrum includat
in pace, ac treugis dictos patriarcham et successores suos prelatos, et
capitula et successores suos nobiles heredes et successores suos et comitates
patriarchatus, et ecclesiam Aquilegiensem, et in casu predicto nostra maiestas filii
heredes et successores nostri, et ipsum Regnum non possit facere pacem, aut
treugas sine consensu et voluntate predictorum, nisi restituat in eo statu
in quo erant tempore guerre incepte. Et si predictus dominus patriarcha, et successores
sui prelati et successores sui, nobiles heredes et successores sui
et comitates predicte durante dicta guerra acquirunt aliquid, quod de iure
spectaret et pertineret seu retroactis temporibus pertinuisset ad patriarchatum
Aquilegiensem, quod illud acquisitum tempore guerre per pacem aut treugas fiendas
per nos filios heredes et successores nostros, et dictum Regnum non teneatur resti-
tuere. Quasquidem convenciones, et omnia suprascripta nunc et deinde nostra
maiestas firmas esse, ac etiam duraturas, usque ad annos quinquaginta
proximos futuros. Nos dei gratia Johannes Strigoniensis, Stephanus Colocensis archiepiscopi,
Dominicus Zagrabiensis, Ladislaus Vesprimiensis, Michael Nitriensis
Emericus Waradiensis, Petrus Jauriensis, et dominus Bossiniensis ecclesiarum
episcopi prelati supradicti Regni, Nicolaus de Gara Palatinus, Ladis-
laus Woywoda Transsilvanus, Petrus Zudal Sclavonie, Johannes
thernicus Zebeniciensis, Johannes Machoviensis bani comites Jacobus Judex
curie Regie, Stephanus Lebek tavarnicorum Regalium, Stephanus Judex
curie Regie et Pizernaus, Paulus de Lisko dapiferorum, Nicolaus
Zudarus Janitorum Regalium, magister Franchoe Comes Seppusiensis
Johannes Ostl Comes Zagariensis et Toculinus Comes de Sancto Georgio
Barones Regni Hungarie principaliores pro nobis successoribus heredibus

et filii nostri, et vice ac nomine totius dicti Regni Hungarie sub fide nostra,
et cum obligatione omnium bonorum nostrorum, et dicti Regni, iuramento corporali ad sancta
dei evangelia promittimus et nos et nostros successores, heredes et filios
nostros, et totum Regnum, et bona nostra et successorum nostrorum, heredum et filiorum
ac Regni predicti obligamus firmiter attendere, observare, et in omnibus adim-
plere predictam concordiam et conventiones factas, et promissas superius, per
gloriosissimum et invictissimum principem, dominum nostrum dominum Lodovicum dei
gratia excellentissimum Hungarie Regem etc., respondendo Reverendo in Christo
patri domino Marquardo dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche et
ipsius successoribus, prelatis, et capitulo patriarchatus Aquilegensis, et eorum succe-
ssoribus, nobilibus forensibus, filiis, heredibus et successoribus eorum, necnon com-
munitatibus [illegible] et ea omnia durante dicto tempore in pro-
tatibus patriarchatus Aquilegensis, et [illegible] apposito, vallata et gratia
protectione et conventionibus [illegible] dominum nostrum Regem apposito, rata et grata
habere volumus, et inviolabiliter observare. In cuius premissorum literas dicti domini
nostri Regis continentia et tenorem premissis, et cum ipsius domini nostri Regis
et maiestatis sigillo ipsius domini Regis, ac nostra communitas,
in testimonium premissorum. Datum in Wisegrad, die Lune
primo mensis Junii, Anno domini millesimo ccc lxxvi.

In xpi nomine amen M° iiij° lxxxj° die Jovis octavo Augusti

Dum per dubios guerarum exitus / et periculosa discrimina necnon
eventum de fonte nequicie invalescente seductoris generationis
humane inter serenissimum dominum dominum Lodovicum rectorem
Ungarie defensorem et benignissimum protectorem sanctissimi in
xpo patris et domini nostri / domini Mar dei gratia sancte sedis
Aquil patriarche dignissimi / eiusque Aquil Ecclesie ac patrie
Fori Julii ac ipsum dominum nostrum / dominum patriarcham / Aquil
Ecclesiam et patriam ipsam Fori Julii / una cum potenti
et nobili universitate Jan et magnifico domino domino Fran
cisco de Kararia / domino paduano. Prefati domini Regis
celsitudini et adherentibus ex parte una. Partesque ex
altera inter Venetos hostes publicos maiestatis Regie
Aquil Ecclesie / ac ~~Forijulii patriam totam existentes iam~~
Janue et domini paduani predicti ipsam Ecclesiam Aquil
et Forijulii patriam totam existentes iam ex diu pro
eorum domino totis nixibus subiugare / dubitetur sepius
et maturius in mentibus revoluto attentis impotentia
patrie et hostium predictorum aviditate potentia et atro
citate inmensis / posse ipsa in patria exoriri nisi citius
reperiatur debitum et oportunum remedium adhiberi /
hominum interceptiones per capturas derobationes / rapinas spolia
incendia / necnon antique et laudabilis dicte patrie Forijulii
incolarumque ipsius predictorum per se libertatis et ipsam patriam
tota submitti / servituti et quodammodo tyrannice / et plusquam
tyrannice dictioni / si quod absit eosdem emulos fortuna
sinistrate assequi contingerit animum et propositum
evenerit. Cum itaque ex perfecti amoris unitate coniuncta
que sunt suadenda salubrius ac firmius conservantur.
Hys quoque diligenter pensatis homines et communi
tates terrarum civitatis austrie / ~~Venzoni~~ Utini / Glemone
Venzoni. Fideles Aquil Ecclesie / subditi / ac ipsius
Ecclesie precipuum et nobile membrum convenientes

cioe / exactioe nl' impeciimeto quorum ... acti° liberavit
expediant ac restituant pristine libertati et

7f.

in unum in spiritate ipor corda spus sci gra consu-
luerunt quib mo et via possit tot et tantis imminentib
et futuris qd absit piclis obviari decreuunt pma
deliberatoe mata, se firmo amore, et pfcta caritate
vnire, quis hacten fuunt, et sint zelo interne
dilectionis et debito fraternitatis vniti, Quapp coram
ven viro dno mar plebano glemon, et can[^co] quod
pito Iudice comissario p anstpium Reuendissimuz
in xpo prm et dnm, dnm nem dnm marquar-
dum dei gra sete sedis aquil dignissi patham,
ad omia et singla infrascripta spalr ac solemus de-
putato, sicut de huismoi deputatoe commissione
lrs sigillis pdci dni nri pathe roboratis muniue
latius otinetur, Constituti viri pudi et discreti
Johanes anthonius qdam s Gabry, et odorlicus
not qdam petri de ipa ciuit aust, tamqz sindici
et pcur cois Ciuitat aust, sicut otinet instro
scripto man nicola not qda anthony de ciuit aust
Sub anno dni millo Tricetessio octuagessio, Ind
tercia die pmo mesis decebr, Et egregius
miles dns federicus qdam nobil militis dni fran
cisci de Sauorgnano, dns elias de Cumbertino legu
doctoris, Nicolaus dni Gabriel, et s hector not
mulite, oms de vtin, Sindici et pcur cois vtin,
sicut de sindicatu otinet instro scripto man Joseph
not qda Jacobi malfatusy de vtin, sub anno dni
millo Tricetessio octuagessio pmo Ind quarta
die vigessio septio mesis decebr, Et pudus vir
s Juliani qda s Beltrami de brugnis de glemon
tamqz Sindicus et pcura cois Glemone, sicut o
tinet desindicatu instro mei scripto mau philippi
not fily formini de glemona, sub instantib
an Triceessio octuagessio pmo Indi quarta die
sedo Jan;

In xpi noie amen an° m° ccc lxxxj. Die Jovis octavo augusti

Et prudens vir Romanus qdam francisci de Benzono tamq sindicus et pcur cois Benzoni sicut de sin dicatu ptinet instro scripto manu Johannis not qdam magistri Romani de Benzono de Bigessio decebr sub anno dni an° ccclxxx. Ind tercia, hntes ab ipis suis coitatib ostitutis ad omia et singla infrascripta tractada facien et complenda plenariam libertate atqz mandatum, volente quidem et inducente ipo dno comissario xpi noie invocato et ad ipius laudem, gliam et honorem eiusqz matris virgis glose, cuius res agit in hac pte, beatorp her matoe et fortunati, pronorp et defensorp aquil Ecclie memorate, ac etiam ad ppetuam patrie defensione exaltatonem et statum, et suandum aquil Eccle, et pfati dni nri dni pathe, et quorlibet ipius successorp et quorlibet vicednorp p caplm aquil ipius sede vacante, can et decan dorp, aliorpqz platorp, Eccliarp clericorp, nobilium universitatum, et locorp tocius patrie foriiulii p libate. necno ad osuationem laudabilium de pate libertatis morp iuium et osuetudinum antiquorp fecerunt nobis ut omib mo iure et forma quib melius et efficacius potuerit insimul colligationem fenitate, ofederationem, et laudabilem unionem clausulis et ondicionib inferius denotatis. Primo naqz ad laudem et reverenciam omnipotentis dei eiusqz glosp glosissime genitcis et beatorp hermacore et fortunati patronorp et defensorp aquil Eccle supdce, In manib ppfati dni mar iudicati di comissarij, ut supra stipulatis et recipientis noie et vice pdti dni nri, dni pathe, eiusqz success

cioe, exatioe ne impedimento quovis ... auit° liberent
expedient°. ac restituant° oppinne liberent ...

et Aquilegensis Ecclesie supradicte iuraverunt corporaliter ad sancta dei
evangelia, liberaliter pure et fideliter procuratores et sindici supradicti,
procuratorio et sindicatorio nomine, et vice dictarum comunitatum et
cuiuslibet ipsarum et hominum earumdem, quod ipse comunitates et
successores earum erunt fideles subiecti et servitores perpetuis
temporibus, dicti domini nostri, domini patriarche, et successorum eius, et Aquilegensis
Ecclesie supradicte, et in eorum perpetuis temporibus perseverantes stabunt
in fidelitate et obedientia debitis et solitis et antiquitus
observatis, sicut fuerunt hactenus, et tenentur et debent.
Et quod quoscumque sive inclusos, vel includendos in hac
predicta unione sive non, secundum laudabiles consuetudines
patrie Foriiulii, et constitutiones et reformationes que
observantur et observabunt in patria, ipsi domino patriarche, et
suis successoribus, constabunt quod fiat iustitia civilis et crimi-
nalis modis observatis, et consuetis in patria. Et quod ipse
comunitates defendent solita et debita fidelitate qua tenentur
et debent, eundem dominum patriarcham eiusque successores, et Aquilegensem
Ecclesiam supradictam in suis iuribus iurisdictionibus, honoribus,
et reverentiis debitis et solitis exhiberi. Et ex adverso
de benignitate prefati domini nostri, domini patriarche, et de eius
consensu, et voluntate spontanea, et liberali, prout idem
dominus prefatus, dominus Marquardus, commissarius ut supra
nomine et vice antedicti domini domini nostri, domini patriarche
suorumque successorum, et quorumlibet rectorum et presidum
Aquilegensis Ecclesie supradicte, ac nomine ipsius Aquilegensis Ecclesie promisit
antedictis sindicis et procuratoribus, sindicario et procuratorio nomine ut supra
stipulantibus, defendere conservare atque tueri, ipsas comunitates
et ipsarum qualibet, et ipsarum singulas et quascumque presentes
et futuras, et quaslibet prefate unioni adiungendas
in suis iuribus, statu libertate moribus atque consuetudinibus
hactenus consuetis. Quo sacramento sic facto, ipso domino
commissario videtur huiusmodi unionem fore salubrem et
utilem pro statu tutore, et conservatore ipsius domini nostri,
domini patriarche, et suorum successorum, et Aquilegensis Ecclesie et

parte forojuliensis predicte. Et induxit et mandavit prefati sindici et
procuratores nomine ut supra sibi invicem hinc inde solemniter promiserunt et corpo-
raliter juraverunt, quod erunt deinceps uniti et confederati fervens amore
et caritate perpetuis temporibus in futurum. Et statum libertatem jura
et consuetudines antiquas ipsarum communitatum et cuiuslibet alterius
persone coniugende presenti unioni. Necnon ipsarum communitatum seu earum
et ipsarum cuiuslibet barones et omnes astrictos ipsis communitatibus
presentes et futuros in suis statu et juribus et consuetudinibus antiquis
contra quoscumque manutenebunt et defensabunt totis viribus atque
posse. Et quod si aliquo quod absit dissensio vel discordia verte-
retur vel oriretur inter communitates predictas tunc eo casu contingente
et domino patriarcha vel suis officialibus non remediantibus, alie
communitates de predictis debeant teneantur et habeant expensis propriis ex
tunc plenariam libertatem faciendi inter communitates quas tunc
discordia verteretur sustinuit ita solemniter et forte quod aliqua
violencia nec aliquod defectum contra debitum inter eas fiat
et alia remedia adhibenda ad sedationem huiusmodi discordie
prout ipsis tunc videbitur expedire, non derogando tamen juris-
dictioni et juribus dicti domini nostri patriarche suorumque successorum et aquilegensis
ecclesie memoratis. Item quod si aliqui subditi eiusdem domini
nostri patriarche et aquilegensis ecclesie supradicte vel non subditi cuiuscumque
status et conditionis existat se ad huiusmodi confederationem
firmitate et quandam dilectam unionem recipi postulabunt
recipiantur, dummodo placebit omnibus communitatibus supradictis
cum promissis obligationibus et conventionibus prout et sicut omnibus
ipsis communitatibus magis tunc videbitur, et per ipsas extitit
diffinitum et determinatum. Item prenominati declara-
verunt sindici dominus Marcus commissarius ut supra nomine et vice ipsius
domini patriarche, et de ipsius domini patriarche proprio motu et nomine
et vice suorum successorum et aquilegensis ecclesie supradicte sedem
quod est debitum et iustum ad ipsorum sindicorum et procuratorum suppli-
cationem et instanciam quod omnia pecunia expense et provocationes
et collecte facte et fiende in presenti guerra ultra debitum
et antiquos modos et regulas et ultra illud quod ipse
dominus patriarcha et ecclesia sua et universi sui subdita et

cioe / tractat. ut ... ... cioe liberent
expediant. ac restituant pristine libertati ...

tota patria facere tenet facte sunt et que fient / facte non sunt
neque fient hoc subiectionis / vel debiti quibus ipse dominus meus
dominus patriarcha / et ecclesia sua / vel dicti sui subditi et patria
tenentur. Sed respectu questionum olim vertentium dicto serenissimo
domino Regi Ungarie / et regno suo / et quod per hoc non sit
ius aliquod aquisitum dicte ecclesie aquilegiensi nec in futurum aquirat
de novo / restitutis autem predicta / ex tunc ipsum dominum patriarcham /
et dictam ecclesiam aquilegiensem / subditos suos / et totam patriam
foriiulii / in eo statu in quo erant ante inchoationem presentis
guerre et prout ante singulas dicta summa expense collecte
et impositiones facte fuissent. Ceterum quod predicte unio
firmitas et colligatio / neque aliquid de supradictis contentis
in hac compilatione tota / non intelligantur / nec sint / nec sit
contra honorem / et statum dominorum beatissimi pape et invictissimi
imperatoris Romanorum pape et imperii tantum / neque in aliquo
derogent nec derogare debeant aliquibus quotationibus
pactis et obligationibus / quibus ipse dominus meus / ecclesia sua predicta
subdita eorundem / et tota patria foriiulii / supradicto Regi
Ungarie / et regno suo / ceterisque aliis colligatis
sunt obligata et tenentur / de quibus plene constat literis
solennissimis sigillatis et traditis hinc inde.
Que autem omnia / et singula supradicta prefati ambasiatores
et procuratores hinc inde invicem antedictis nobis promiserunt
et iuraverunt habere firma rata / et grata / et numquam
contrafacere opponere vel dicere / vel venire aliqua ratione vel causa
sub obligatione omnium bonorum partium constitutarum presentium et futurorum.
Que autem omnia et singula suprascripta prefatus dominus
comissarius dixit predicta tamquam utilia et laudabilia et
fructuosa / ratifficavit firmavit / et solenniter appro-
bavit eisdemque omnibus et singulis / autoritatem
prefati domini nostri / domini patriarche / et aquilegiensis ecclesie interposuit et decretum.
De quibus autem omnibus et singulis supradictis prefati
ambasiatores et procuratores nobis antedictis mandaverunt fieri
publicum instrumentum unum et plura.

In xpi nomine amen anno m. lxxxi. Die Jovis octavo augusti

Actum in Utino sup. dictum consilii dicte terre, presentibus nobilibus viris dominis Federico (?) quondam domini .. comitte de Porta, Schinella milite quondam domini Gerardi militis de Cucanea, Johanne Furlano filio domini .. de Porciliis, Johanne Paduano filio domini Francisci de Colloreto, Facina quondam domini Nicholai de Prampergo (?), magistro Jacobo physico de Padua, cive Utini, domino Orlandino de Cavalis (?) de Regio iudice pro terra Utini habitante, et aliis pluribus in multitudine hominum copiosa;

Die tercio mensis Januarii inter vigesimam primam et vigesimam secundam horam, sub anno domini a nativitate m ccc lxxxi, indictione quarta;

Ego Johannes notarius quondam Guilelmi de Cividato (?) ss

A magistro Gabriele gramatice professore de Utino A

ciones, exactiones vel impedimento quocumque ... vel ... relaxentur, liberentur, expediantur ac restituantur penitus libere etc.

In xpi noie amen ao. m. lxxxj. Die Jovis octavo augusti

Carta pacis que fuit facta in Taurino inter Commune Ianue et Dominium Venetorum

Et supscripti sindici actores et procuratores ambaxatores et nuncii speciales Egregiorum virorum domini Federici de Porciliis comitis Aquilegensis et ... Vicedni patrie Foriulii et ducorum deputatorum ad regimen nomine et vice ipsius domini vicedni ac ducorum consilii parlamenti procuratores nobilium et comitatum ipsius patrie Foriulii ex una parte. Et supradicti sindici actores procuratores ambaxatores et nuncii speciales procuratores Illustris domini ducis consiliorum et communis Veneciarum nomine et vice dictorum domini ducis consiliorum et communis ex altera parte pro se civitatibus terris locis subditis fidelibus adherentibus valitoribus sequacibus utrarumque partium et cuilibet earum firmaverunt et contraxerunt sibi invicem mutuam veram et perpetuam bonam et veram pacem interveniente domino ... Sabaudie

.j. Et primo sibi invicem mutuo et vicissim remiserunt et remittunt omnia odia rancores iniurias offensas cedes vulnera captiones rapinas rapinas incendia et alia quecumque dampna tam realia quam personalia quomodocumque et qualitercumque per dictas partes vel aliquos subdictos ipsarum partium vel alterius earum seu aliquas gentes vel singulares personas ipsarum vel alterius earum seu adherentes complices valitores et sequaces alterius partis quomodocumque et qualitercumque illata seu data facta fuisset et omnes penas et ... in quibus propterea incurrerunt vel aliquam hinc retro factum vel commissum fuisse reperiretur, facientes sibi invicem et vicissim dicte partes dictis nominibus de predictis omnibus et singulis finem quietationem remissionem et omnimodam liberationem et pactum de ulterius non petendo, liberando de predictis omnibus et singulis per acceptilacionem et aquilianam stipulacionem verbis solempnibus et legitimis interpositis plenarie se se invicem liberando sibi mutuo et vicissim promittentes bonam et veram pacem predictis non obstantibus premissis observare. Et pro occasione supradictis, nec alia causa nulla imposterum litis molestia controversia vel requisitio fiet vel movebitur per unam partem contra aliam et aliam vel per singulares personas unius partis contra aliam vel contra singulares alterius partis adherentes valitores complices vel sequaces ipsarum partium vel alterius earum in iudicio vel extra tam de iure quam de facto.

.ij. Item fuit actum inter dictas partes nominibus antedictis quod omnes captivi carcerati et detenti partium predictarum et cuiuslibet earum atque subditorum dictarum partium ubicumque sint et penes quemcumque capti vel detenti fuerint et quicumque sit sive capti sint per ipsas partes vel gentes ipsarum seu per singulares personas seu stipendiarios ipsarum partium et cuiuslibet earum sive etiam fuerint detenti in virtute et potestate ipsarum partium vel quarumcumque singularum personarum cuiuscumque condicionis et gradus sit libere et sine aliqua redemptione exactione vel impedimento quocumque reali vel personali relaxentur liberentur expedientur ac restituentur pristine libertati

Item fuit actum inter partes predictas nominibus antedictis, quod omnes Civitates
Castra terre, et loca, que tempore Inovationis presentis guerre tenebant, seu
possidebant per aliquam ipsarum partium, vel ipsarum partium .. subditos
vel adherentes que in presenti guerra per aliquam ipsarum partium subditos
vel adherentes ipsarum capta vel capte occupata vel occupate tenuerunt,
relaxentur et restituantur expediantur per partem occupantem, vel tenentem
in eo statu in quo hodie sunt Exceptis munitionibus mobilibus, quas
ipse partes vel aliqua ipsarum posuisset in dictis locis, vel aliquo eorum
quas libere exportari facere possit, taliter quod illa pars vel persone que
dicta loca castra vel terras tenebat tempore dicte Inovationis guerre ipsa possit
intrare tenere, et munire sic et taliter quod dicta loca que ante guerram
presentem per eos et dominationem Venetiarum, seu eorum nomine, tenebantur
sine aliquo impedimento ad manus et potestatem dicti dominii Venetiarum
perveniant devenire, et perveniet si ipsa capere volunt, salvo Iure competenti
Et omnia similiter loca que ante guerram presentem per dominum patriarcham et
ecclesiam Aquilegensem, seu eorum nomine tenebantur sine aliquo impedimento
ad manus et potestatem dicte ecclesie perveniant devenire, et perveniet si
ipsa capere volunt, et ipsa tenere possit prout tenebat et tenere poterant
ante presentem guerram. In omni et tali Iure possessionis et dominii quibus ante presentem
guerram tenebantur. Ita quod per dictam occupationem vel relaxationem vel
expeditionem ipsarum terrarum vel alicuius earum nullum Ius intelligatur de novo
acquisitum auctum vel diminutum alicui ipsarum partium nisi prout habebat
ante presentem guerram, Exceptis a predictis omnibus et singulis Civitate Tergesti
[illegible] et castris de Mocho, et Motholano [?] [illegible] districtibus vallibus et
pertinentiis ipsarum, et ipsorum et cunctis eorum omnibus forteliciis, et locis que in
eorum continentur confinibus, et districtu quarum Civitatum Comitatuum et loca
predicti Syndici, actores et procuratores predicti domini Ducis et dominii Venetiarum
nomine antedicto liberaverunt et absolverunt penitus ab omni Iure possessionis et dominii
quod sibi [?] quod in dictis locis seu aliquo eorum habent et ab omni vinculo cuiuscumque homa-
gii fidelitatis submissionis et obligationis alterius cuiuscumque quocumque nomine cense-
antur, vel [struck] Et que dici vel excogitari posset quibus [illegible] sibi dicta Civitas
et Castra cum terre, et homines forent quocumque et qualitercumque dicto domino Duci
et Communi Venetiarum obligati vel quolibet tenerentur liberantes et absolventes
me notarium infrascriptum tamquam publicam personam stipulantem et recipientem nomine et
vice dictorum Civitatis Castrorum omnium et universitatum et singularium
personarum earundem [?] predictis omnibus et singulis per acceptilationem et aquilianam
stipulationem, certis legiptimis et solemnibus interpositis, facientes
invicem dicto notario ut supra recipienti de predictis omnibus et singulis finem
quietationem et omnimodam liberationem et pactum de ulterius non
petendo, promittentes invicem dicto notario ut supra stipulanti et reci-
pienti nomine predictis Venerabilibus et Egregijs Syndicis Actoribus
procuratoribus Ambaxiatoribus et nuncijs specialibus dicti domini Patriarche Ecclesie et
Capituli Aquilegensis et Parte Foroiulii nomine et vice dicti patriarche et Ecclesie
Aquilegensis recipientibus quod nullum impedimentum lis, causa, molestia, controversia
vel requisitio fiet vel movebitur de dicta Civitate castris, terra
et personas, nomine dicti domini Ducis, et Ecclesiam Aquilegensem in iudicio
nec extra de iure nec de facto per se vel alium directe, vel per indirectum.
Exceptis et reservatis predictis omnibus et singulis prestatione annua illorum

Raboleri

comitatus … Valuole, et aliis Que predicti Genuenses et Comune Genuensis
regalia appellant. Que dicta Civitas et Comune Tergesti predicto domino
Duci Genuensis solite fuit prestari et consuete antequam dominus Dux et Comune Genuensis
haberent dominium et possessionem, et tenerent Civitatem Tergesti, que prefato
Magnifico domino Duci et Comuni Genuensis prestari debebat, predictis non obstantibus
quod Comune Tergesti consuetum et solitum erat prestari, antequam Comune Genuensis
teneret et possideret Civitatem Tergesti. Et e converso quod dicto domino
Duci et Comuni Genuensis subiectis et districtualibus eorundem remaneat
salva integra illibata et illesa potestas meandi libere et absque solutione alicuius
pedagii dacii vel gabelle seu alterius impedimenti … de transeundi
standi recedendi cum suis navigiis mercimoniis atque rebus que habebant in
ipsa Civitate et Territorio eo modo et forma et prout soliti et consueti erant antequam
dominus Dux et Comune Genuensis haberent dominium et possessionem et tenerent
Civitatem Tergesti. Et versa vice dicti domini Dux et Comune Genuensis
teneantur et debeant solvere et prestare omnia illa que soliti et consueti erant
solvere et prestare Comuni Tergesti, et singularibus personis civibus solvere vel prestare
aliquid consueverunt. Et insuper fuit actum inter dictas partes, nominibus predictis,
non obstantibus suprascriptis, quod omnes domus possessiones et bona immobilia sin-
gularium personarum subditorum dicti Comunis …, quas habent in dicta Civitate
et Territorio Tergesti Castrorum, et locorum, et districtuum predictorum que
tenebant et possidebant ante presentem guerram, eisdem restituantur talia
qualia sunt. In eo pristino possessionis et iuris quo habebant ante presentem guerram.
Et eodem modo dictis Tergestinis et districtualibus dictorum locorum restituantur
omnes domus terre et possessiones quas habebant ante presentem guerram. In Genuensibus
et Territoriis et districtibus Comunis Genuensis talia qualia sunt. Et resti-
tuantur in eo quo possessionis et iuris in quibus erant ante presentem guerram.
Per actum et pactum sequentem inter dictas partes … quod Sindici predicti
actores, amicorum … Ecclesie Aquileiensis …
promiserunt per stipulationem solempnem prefatis Sindicis et procuratoribus dictorum
dominorum Ducis et Comunis Genuensis stipulantibus et recipientibus … dictorum
dominorum Ducis et Comunis Genuensis se facturos et curaturos cum effectu quod Comune
Tergesti ratificabit et approbabit presentem … infra
duos menses a presenti die numerandos. Sub pena in presenti pace apposita que
pena ipso facto Comuni Genuensis applicetur et possit exigi cum effectu. Et quod pro dicta
pena possint quicumque arrestari et detineri … et … actum et conventum
inter ipsas partes quod omnes domus possessiones predia et bona immobilia presentium personarum
et singularium personarum ipsarum, que per ipsas et singulares personas ipsarum ante presentem guerram
tenebant in eo statu in quo nunc sunt restituantur hinc inde … et personis
que ipsa tenebant ante presentem guerram.

iiij Item fuit actum inter dictas partes quod omnia debita ad que dicte Civitates
et Singulares persone subdite et districtuales dictarum partium sibi invicem tene-
bantur ante presentem guerram que per dictam ipsarum partium vel alicuius earum …
acta non fuerunt, seu capta remaneant inter ipsas partes in eo statu
in quo erant ante presentem guerram et fieri debeat hinc inde de iustitia
inter partes plenum et expeditum iustitie complementum.

6.

Item fuit actum inter partes predictas nominibus predictis quod prefati domini .. dux et Commune Venetiarum teneantur et debeant decetero solvere facere et prestare domino .. Patriarche et Ecclesie Aquileiensi et eius Ecclesiis ac subditis annuas prestationes pecuniarum et aliarum quarumcumque rerum, quas solvere facere et prestare ante presentem guerram consueverant et tenent ex forma pactorum initorum inter dictam Ecclesiam et Patriarcham seu Patriarchatum Aquileiensem et dominum .. ducem et Commune Venetiarum. Et quod dicti domini Patriarcha et Ecclesia Aquileiensis restituantur et restituti esse intelligantur ad omnia iura immunitates et facultates que ex forma dictorum pactorum sibi competebant ante presentem guerram. Que pacta inter dictas partes debeant semper perpetuo immolabiliter observari. Et similiter prefati domini Patriarcha et eius Ecclesia Aquileiensis et subditi decetero solvere facere et prestare teneantur dictis dominis duci et Communi Venetiarum et eorum ecclesiis et subditis annuas prestationes pecuniarum et aliarum quarumcumque rerum, quas solvere et prestare ante presentem guerram consueverunt et tenentur ex forma dictorum pactorum. Et quod dicti domini .. dux et Commune Venetiarum restituantur et restituti intelligantur ad omnia iura immunitates et facultates que ex forma dictorum pactorum eis competebant ante presentem guerram. Que pacta inter dictas partes semper perpetuo inviolabiliter observentur.

6.
Capitulum compromissi

Item fuit actum et solempniter conventum inter dictas partes dictis nominibus quod dominus .. dux et Consilium novum et vetus ipsius, et dictum Commune Venetiarum infra tempus unius mensis a die publicationis presentis pacis faciant compromissum super quibuscumque controversiis et discordiis que sunt et esse possunt inter dominum Patriarcham et Ecclesiam Aquileiensem ex una parte, et ipsum dominum .. ducem et Commune Venetiarum ex altera super iurisdictione et iuribus totius provincie Istrie in sanctissimum dominum nostrum Papam. Ita quod dictus sanctissimus dominus noster Papa cognoscat, et simul et semel diffiniat tam de petitorio quam de possessione dicte iurisdictionis et aliorum dictorum iurium per arbitrationem, per arbitrium, per viam laudationis, ordinationis et amicabilis compositionis, alte et basse sicut ei videbitur. Sub pena mille marcharum auri, cuius pene medietas cedat Romane Ecclesie, et alia medietas cedat parti observanti predicta, prout et sicut tamen alias fuisse compromissum per dictas partes in dominum Papam Nicolaum quartum, sicut apparet in quodam publico instrumento scripto manu Donati Lamberti [illegible] imperiali auctoritate notarii publici et ducatus Venetiarum scribe, et [illegible] Civitatem apostolica et imperiali auctoritate notarii. Et [illegible] imperiali auctoritate notarii. Anno domini millesimo ii^c lxxxxi, indictione iiii, die xi intrante novembri. Et si post predictum instrumentum compromissi reperiretur aliud instrumentum compromissi facti per dictas partes de predictis in dictum dominum Papam vel alium Papam ultimo confectum, sortiatur effectum ultimo compromisso factum ad formam baylie date. Et super presenti capitulo illa baylia intelligatur esse data domino sanctissimo domino nostro Pape presenti et successoribus suis que in ipso ultimo compromisso reperietur. Salvo semper intellecto et excepto ab omnibus supradictis quod Civitas Tergesti cum castris de Mocho et Mocoliano cum territoriis et districtibus, villis et pertinentiis ipsorum vel ipsorum et cuiuslibet eorum, cum omnibus fortiliciis et locis que infra eorum continentur confines et districtus, de quibus fit mentio in speciali capitulo presentis pacis, non includantur nec veniant, nec venire intelligantur in supradicta cognitione, arbitrio et potestate data predicto sanctissimo domino nostro Pape per presens capitulum. Et quod interim donec et quousque dictum compromissum in forma predicta factum fuerit, dicti domini .. Decanus et alii gubernatores regentes seu representantes Ecclesiam Aquileiensem et dictum Patriarchatum, [illegible] non teneantur nec sint astricti seu obligati vigore presentis pacis ad re-

laxandum dimittendum / seu expediendum dicto domino .. Duci et Communi Ianue
Ciuitates / castra / terras et loca / que eis dimitti / et relaxari tenentur secundum for-
mam presentis pacis. Et de dictis terris / nec aliquo ipsorum dictus dominus .. Dux et
Commune Ianue nisi prius facto dicto compromisso se impedire non debeant / neque
possit / nec dictam Ecclesiam in dictis terris et eis molestare. Facto autem dicto
compromisso per dictos dominos arbitros et eorum reputatos / seu gubernatores
dictam Ecclesiam Aquilegensem / et Patriam Foriiulii teneantur / et debeant
obseruare / et executioni mandare contenta in dicto capitulo de relaxatione et
expeditione dictarum terrarum et locorum mentionem faciente. Et in casu quo supra-
dicti Sindici actores et procuratores dicte Ecclesie / et Patrie Foriiulii uel alter ipsorum
habentes in solidum potestatem infra duos menses proximos dicta in presenti non fecerint /
dictum compromissum insimul et unacum dicto domino .. Duce et Consilio Ci(uitatis)
prefatis dominis .. Duce et Consilia nomine dicti Communis Ianue soli et per se pos-
sint dictum compromissum facere in forma predicta. Hoc acto et specialiter con-
uento inter dictas partes quod prefatus dominus noster Papa super dicto compromisso
cognoscere / uel procedere non possit / nec etiam Aquilegensis uel presidentes Ecclesie
Aquilegensis possint super dicto compromisso procedere / uel dictum nostrum Papam
requirere nisi prius dictum compromissum factum per dictum dominum .. Ducem Consilia-
et Commune Ianue ex una parte / et supradictos Sindicos actores et procuratores
ambos / et nuncios speciales dicte Ecclesie Aquilegensis / et Patrie Foriiulii uel
alterum ipsorum ex altera ratifficatum et approbatum fuerit per dictum Patriarcham uel presidentem Ecclesie / uel presidentes Ecclesie supradicte.

Gen. Item fuit actum inter dictas partes / nominibus antedictis quod omnes et singuli et quicumque
cuiuscumque sint conditionis / status / existant / que ante presentem guerram habita-
bant seu solite sint habitare / seu qui habebant possessiones / et bona et
qui potuerint habitasse ante presentem guerram in aliqua Ciuitatum / terrarum /
Villarum / Castrorum / et locorum terrarum Comunis Ianue / qui adhesissent quo-
uis modo in presenti guerra dicto domino Patriarche et Ecclesie Aquilegensi / seu eis
adherentibus uel subditis / seu aliquid fecisse perpetrasse uel commisisse tem-
pore presentis guerre contra dictum Ducem / et Commune Ianue / seu eorum adherentes
subditos / et sequaces in personis et rebus restituantur in integrum
quo ad personas / status / et bona in eo statu in quo dicta bona hodie sunt
ac restituantur et restitui ac intelligantur / ac etiam dictorum dominorum .. Ducis
et Communis Ianue cassantur irritantur et abolentur quibuscumque processibus
sumptis / bannis / et forestationibus factis hactenus contra eos / uel ipsorum aliquem /
tempore presentis guerre. Et quod possint dictis bonis suis gaudere
et stare et habitare ubi eis placuerit. Et idem et eodem modo in omnibus et per omnia
fiat et obseruetur per Ecclesiam Aquilegensem de hominibus / et super hominibus dicti Patriarche
et subditis suis / qui quouis modo adhesissent in presenti guerra dictis dominis .
Duci et Communi Ianue.

Gen. Item quod super non specifficatis in presenti pace stetur pactis et conuentionibus
initis inter ipsas partes. Que inter ipsas partes debeant inuiolabiliter ob-
seruari. Saluo semper compromisso predicto.

ix. Item demum cum inter prefatum Serenissimum dominum Regem Ungarie ex
una parte et Comunitatem Janue ex alia, necnon inter prefatum Serenissimum dominum
Regem ex una parte et prefatos dominum et Comunitatem Padue ex una alia parte,
necnon inter prefatum Serenissimum dominum Regem ex una parte et dominum
Patriarcham et Ecclesiam Aquilegiensem ex una alia parte Ungarie colligationes
seu lige, de quibus apparent publica instrumenta, sint facte et specialiter conventum
in omnibus pacibus supradictis inter omnes et singulas personas predictas, quod si
presens pax rupta fuerit dicto domino Regi vel alicui ex colligatis predictis
quod intelligatur rupta omnibus colligatis et cuilibet eorum.

x. Item omnes adherentes dictarum partium et cuiuslibet ipsarum intelligantur
et sint inclusi in presenti pace ut infrascripti.
Illi de Collalto nominati per Venetos,
Illi de Camino nominati per ambaxiatores Regios et Ecclesie Aquilegiensis.

xj. Et quia non esset conveniens neque iustum quod presens pax quo ad offensiones et
restitutiones dampnorum ligaret partes dictas, donec fuerit specialiter ordinatum
inter omnes dictas partes quod offensiones inter dictas partes et earum gentes
subditos, adherentes et complices cessare debeant, sive determinationem et
limitationem locorum et temporis que fiet inter dictas partes de qua efficietur iustius
primus, postquam tempus sive distinctionem ipsorum temporum et locorum que fiet si aliquod
dampnum fiat per alteram ipsarum partium vel eius subditos, gentes, adherentes
vel sequaces debeat fieri parti lese emenda et restitutio ipsorum dampnorum
pro offensionibus autem et dampnis que inter dictas partes inferrent contra predicta ordi-
nanda in locis singulis nulla emenda vel restitutio fieri debeat nec
in presenti pace intelligatur declarata. Ita tamen quod omnia castra, loca, terre, for-
talicia et captivi que et qui caperentur vel occuparentur a die firmationis presentis
pacis et ante seu infra dictum terminum et tempus statuendum per aliquam partium predictarum
seu gentes earum hinc inde semper in omni casu restituantur et libere
relaxentur.

xij. Que omnia et singula suprascripta dicte partes dictis nominibus et quibus ipsarum sibi
invicem et vicissim solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus promiserunt
attendere, complere et observare et contra in aliquo non facere vel venire sub
pena florenorum auri centum millium, in qua pena incidat quelibet ipsarum
partium que predicta non observaverit et contrafecerit, et applicetur parti observanti
et que fuerit offensa totiens quotiens offensum fuerit vel contrafactum in omnibus
et singulis supradictis. Sane semper intellecto quod dicta pena contenta in
presenti capitulo posita locum non habeat in illis casibus seu capitulis in quibus
seu pro quibus in presenti pace de pena specialiter est provisum, sub ypotheca
et obligatione omnium bonorum dictarum partium et cuiuslibet earum presentium et futurorum.

xiij. Et ad maiorem roboris firmitatem iuraverunt dicte partes in animas
constituentium corporaliter ad sancta dei Euangelia tactis sacrosanctis scripturis
predicta omnia et singula habere, tenere rata, grata et firma et attendere,
complere et observare et non contrafacere vel venire beneficio restitutionis in
integrum vel aliquo alio quovis iure generali vel speciali quod dici vel excogitari
possit. Promiserunt etiam et solempniter convenerunt omnes partes supradicte
et quibus ipsarum nominibus antedictis, quod presens pax et omnia et singula

in nostra presentia publicabuntur in Civitatibus terris et locis nostris prius et
ratifficabuntur per dominia et Civitates constitutum eorundem more et formis
consuetis Et per prefatum Serenissimum dominum Regem Ungarie infra infrascriptos
duos proxime futuros hodie incohandos / et per omnes alias partes infra
menses unum - De quibus publicatione et ratifficatione fiat plena et sufficientia
infra eum cautele penis et solempnitatibus oportunis et talibus fieri
consuetis.

Infrascripta sunt super quibus pro executione gentorum in pace providendum est prudenter ne incidatur in pena pacis.

Primo quod tale provideatur quod loca que debent restitui Ianuensibus prout patet in tercio articulo pacis sint in manibus talium quod secundum dictam formam pacis possit fieri dicta relaxatio.

subditos et fideles, et dominum Comitem predictum eiusque subditos et fideles
molestantes seu intendentes molestare vel aggravare iura eorum
minuere vel turbare, et specialiter contra dominum Paduanum durante liga et unione.

qua p̄rialit hīt cum dcto dno p̄ttha.

Item q̄ si castra seu fortilicia aliqua in patria Forijulij vel alibi acquirerent que erant feudum, vel mo aliquo spectarent ad ipm dnm patriarcham vel Aquil ecclesiam aut eius fautores et subditos tunc remanē debeat dcto dno patrie et Aquil eccl̄e vel eius fautoribus et subditis antedicti. Et si aliqua castra seu fortilicia acquirerent in Forojulij vel alibi, que erant feudum vel mo aliquo spectarent ad ipm dnm Comite vel eius fautores et subditos, tunc eid dcto Comiti remaneat eodem mo. Et no aliqua castra seu fortilicia in Forojulij vel alibi acquireret, que no spectaret ad aliquem ipsorum, tunc equalit diuidi debeat int dnos supradcos. Excepto q̄ dns patriarcha Nobiles et Comitatos Forijulij supradcm dnm Comitem adiuuare debeat in acquirendo castrum de Enomonibus, et si acquiret libere remaneat dno Comiti antedcto.

It q̄ vna ps sine alia no debeat facere pace, treguas sufferimentas, seu aliquem actu contra dictum bello mo.

It q̄ omnes, et singulos captiuos qui p gentes ipsorum dnorum cu simul fuint captiuat int se diuidi debeant, et distribui distribuie sin ipsorum dnorum gentium equestrium quantitate. Que omia et singula supra, in pleno parlamento seu Colloquio supradcto ... partes fide data manuali, necno p sacramentum fidem tam p easdem ptes q̄ earum fideles, et subditos in eodem generali Colloquio ... solempnit, et expresse prestitu promiserunt sibi ad inuicem ... fide, et sine fraude attendere perficere et complere, ac inuiolabiliter in omnibus obseruare, nunquam contra predicta, vel predictorum aliqd p se vel alios dicere facere vel venire de iure vel de facto ... aliqua, sine ca. In quorum omnium testimonium et ... plenum robur predicta omia de mandato et cu voluntate supradcorum dnorum patrie et Comitis, nec etia de voluntate vnanimi, et consensu omnium fidelium et subditorum suorum in dcto generali Colloquio ut prefert, predicta omnia supradcta et in hanc forma publicam p me Nicolaum notarium infrascriptum redacta sunt. Acta sunt hec in patriarchali palacio Vtini in generali Colloquio antedcto die tercio Aprilis Anno dni a natiuitate millo .iiij. quadragesimo Indic tercia Vbi interfuerunt Venerabiles viri dni frēs Guido Mosacen et Summensis ... abbates Ambrosius de ... Aquil, ... et ... de ... ... eccl̄e Canonici. Nobiles viri dni Brathind de Porzileys. Nicolussius de Prata et Nicolussius de Cucanea. Franciscus et Paganus de Sauorgnano. ... de ... et Nicolaus de Cucanea milites. Meynardus de Cucanea. Bertoldus de Mimento, Franciscus de Colloreto Nicolaus de Pramperch. Odoricus dni Henrici et Odoricus dni ... de Strassoldo. ... de Castello ... de Manzano. Andreas de Arcens, Nicolussius Orbiec et ... de ..., ... de ... Tomasius de ... ... de ... ... de Castro ... Galassius de ... ... et ... de ... Margaritus ciuis Aquil. Philip de portis

et Stephanus Gerardi de Cantelmo test. Jacobus de Clemona Nectuo
Nobiles viri dnj. Albertus Miles des Gissieser. Hugo de Rapperst. .
Conradus peregrinus in Liono. Henricus peregrinus in Goricia.
Franciscus de Castelbo. Johes de Vallis, Zuardus de Gramoclis.
Phebus de Carne. Rizardus de Carne de Goricia. Tomas Jud. de Goricia,
et plures alij ad dictum congregationem colloquium multitudine copiosa.

Et ego Nicolaus filius q. Domini de Florencia civis Aquilei.
habit. publicus imperiali auctoritate notarius, et dicti Patriarchatus cancelarius
premissis pacis tractatui, confederationi et lige, ac omnibus et singulis supradictis
tractatibus interfui, et rogatus de mandato eorumdem dominorum partium et Comitis
predicta omnia scripsi, et feci hanc notam meo hic signo apposito consueto

[illegible]ota [illegible] [illegible] [illegible]
d[illegible] impositi [illegible] dicto [illegible]
[illegible] nos [illegible] Cavalcra
[illegible]
[illegible] & Marchia
[illegible] a [illegible]
[illegible] [illegible]

Una lra sup p. Magnifficu
Excellsum dnm F. de Carraria
padue tarvisii civitatu et
earu comitatu et c. dnm gnalem
sup vertentibz int Reverendissimum
principem Reverendissimum
dnm Philippum card. et patriarcham
et suos ex respectiuibz et vincez
Nobiliu et comitatu Utinen
eam respicientes et c.

Ut rerum nove ant ad memoria posterorum. Cu sit onerosum sit
minimum pacare mortaliu int cetus libertas quamvis ex discordias
pristam ad diligentia tractatu facili revocare et bonum reformacionis
debite pstinire Et potissimu sanguine int gnietos et pnicie eiusde
insimul patriotas qui civilis belli instar sunt et sapiunt presertim.
Tam diligent amis qui hoc comoda uti et ipa ducit icomoda, posse
in adversis con sibi apatit onerosa iam suscepti manu haud debet
retrahere, neque labores refugere, quin ymo vigilantis cure studio discordiarum
huiusmodi in sopitu posseremus laborare, qua pristam hujus diligentia reducunt.
Hisque sopitis et decisis discordiis ac si nunquam fuissent vestigio omni sublato
priuat insimul et moreant meminisseque juvet quid discordie calamitas induxit
Ac int binola concordie levitate sopitu. Cum Illustris et Magnificus
dns dns Franciscus de Carraria padue Tarvisii et c. dns gnalis audiutens
acceptusque hec que superius scripta sunt ipse virtute concordiam dine bta electi
eius acceptus et concordiale arbiter, arbitrator et amicabilis compositor et amicus
pro sindicos et procures. Re^mi in xpo patris et dni dni Philippi de Alenconio
Misatoe diu Epi Sabinen Sce Roman Eccle Card, et sce sedis Aquilegen
patrhe et Civitatensis et se et fidelibz suis et vetiro de Spegnimberg et de
Manzano ex una. Ac sindicos et procures Nobilium et comitatu patrie Forijulii
in unio cum omnibz inclusis pte ex altera ad arbitrandum et arbitramenandum
componendum concordandum et emandum int ptes pdas de et sup omnibz et singulis
litibz, causis, questionibz, discordiis, dannis, odiis, rancoribz, inimiciciis et aiostatibz
civilibz quius et juriis vertentibz et que int vertebant, aut poterant, ac erat int
ptes pdictas. Quamvis ac requirerent usque ad certum tps et ipo elapso eius
usque ad pterogaden, prout i compromissis et assensibz per pdos sindicos et procures sicutu,
et per se in ipm Magnificu dnm dnm Franciscu de Carraria confectis evidenius,
et latius coment. Habita sup hiis deliberate solepni visisque et auditis ac relatis
differenciis et pcium petitionibz et aliis quibuscumque a ptes ipse pete dice pdicte et
informare ipm Magnificu dnm ipse et certum voluerit diligenciisque ac
mature discussis, pcium voluntatibz, quo per via concordis et concordi ipe Magnificus
dns possit ipas ptes unire et int eas que sunt se ponta reformare. Et quod
ptes int ipas posset pax bone conservare voluntate rancores, inimicias et
odia ipam a pectoribz extincto incendio relegari et quieta tranquilitas int dictas
status quoque eorum, qui tantum e a ptibs apcibilis ac libertate ocia reformari,
et vigere conducens libtas patria in ipa uti solebat, compusque beneficio potentis
patrie civibz pleniori dulcedine apotiri. Per viam laudi arbitrii et arbitramenti
xpi noie invocato sedens pro tribunali in loco pnti, que ad hunc actum
specialem sibi elegit ptibz dicit pronunciat, sentenciat, arbitrat,
arbitramentat, componit, laudat, amicabiliterque declarat vice et modis forcioribz
quibz valet sibi a ptibz ponoribz atributis, atque mandat, quoque capitis sub
formis tenoribusque suis singulariter hic descripta sunt contenta.

Primo namque quod omnes et eorum colligati teneant et debeant obedire et
obedienciam facere, atque faciat in omnibz et per omnia Reverendissimo in xpo patri
et dno dno Philippo de Alenconio Epo Sabinen Sce Roman Eccle Card,
necnon sedis Aquilegen patrhe secundum constituciones patriarchales et eorum antiquas consuetu-
dines, et secundum quod soliti sunt facere anterioribz patriarchis. Quamquidem obedienciam
promittat facere eid dno Card patrhe infra sex dies a die pnti late sine
contradicendos.

It q omnes iniurie, rancores odia novitates damna iniurie et interesse illate
facte ac facta p partes sibi invicem hinc inde tam in here q in ps remictant et remissa
intelligantur. Et q dcs dns Card patha remittat oes iniurias sibi illatas
p Utinenses et eorum colligatos. Et q de cetero occasione iniuriarum ullam novitatem faciet
contra ipsos Utinenses et colligatos eorum, et sic facere promittet idem dns Card
patha eidem Magnifico dno dno Francisco de Carraria, recipienti noie
suo et omnium et singulorum quorum interest, vel interesse posset. Et ipse Magnificus
dns ex nunc promittit facere et curare toto suo posse q dcs dns Card patha
ex dcis iniuriis sibi illatis p dctos Utinenses et eorum colligatos, contra ipsos Utinenses
et colligatos eorum ullam faciet novitatem.

Item q dcs dns Card patha cassare et annulare debeat casset et annullet seu
cassari et annulari faciat quoscumque processus factos, et formatos contra Utinenses et eorum
colligatos p ipsum dnm Card patham tamq patham Aquilegiensem, occasione vel
causa inobedientie vel discordie. Et q ipse dns Card patha faciat et curare
debeat faciet atq curet cum effectu q Sanctissimus et Beatissimus pater et dns dns
Urbanus papa sextus siquos processus fecisset aut fieri mandasset in Curia Romana
contra dctos Utinenses et colligatos eorum occasione inobedientie non exhibite dcto
dno Card pathe illos revocabit et faciet totaliter annullari.

Item q omnes terre castra et fortilicia spectantia et ptinentia, ac spectantes et
ptinentes ad eandem Ecclesiam Aquilegiensem, que tenent, acceptant et tente sunt p Utinenses
et eorum colligatos dent, et assignent ptinentes et ~~spectantes ipsi dno~~
possidentes ipsa loca et quelibet ipsorum infra xv. dies a die late pntis sententie
computandos in manibus prefati dni pathe. Ita q de ipsis et ipsorum quolibet disponere
possit p sue libito voluntatis. Ita tamen q ipsa fortilicia et loca et ipsorum quelibet
custodiri faciet p suos patrie foroiulii p tres sex menses ... a die pntis sententie

It q omnes fructus redditus et pventus cuiuscumque pntis spectantes ad dictam Ecclesiam
Aquilegiensem p quoscumque ad quorum manus pvenerint dent et assignent et dimicti ipsi
dno Card pathe seu nunciis suis. De denariis vero exactis de fructibus an
pntis dent, et assignent ipsi dno Card seu nunciis suis, solum denarium exacta
a die sententie compromissi citra p quoscumque ad quorum manus pvenerunt.

It q de fructibus redditibus et pventibus annorum preteritorum, videlicet a tpe quo vacavit
Ecclesia Aquilegiensis p obitum bone memorie Recolende in xpo patris et dni dni Marquardi
olim Ecclesie Aquilegiensis pathe, et de etiam de denariis et aliis spectantibus et ptinentibus
ad Ecclesiam ipsam Aquilegiensem exactis a dcto tpe citra usque ad diem sententie compromissi
pdicti, qui non venerunt ad manus dci dni pathe stetur determinationi diffinitioni et
declarationi eiusdem Magnifici dni dni Francisci de Carraria Padue etc.
Et hoc ideo q idem Magnificus dns habiliter et comode pp difficultatem
redditionis rationis redditum et pventuum preteritorum tam ad pns inde non potuit
et exinde pronuntiat dicit exponit et laudat quicquid p eum determinatum diffinitum
et declaratum fuit et mandatum compromissis q ipse partes teneantur hoc firmum et
ratum et inviolabiliter observare.

It q oes Cives aut alii habitatores terre Utini qui a tpe discordie orte in patria
foroiulii voluntarie vel de mandato recesserunt ipsam terram Utini et ad pns
extra terram Utini sunt habitantes, reddire non possint ad dictam terram Utini usque
ad sex menses proxime futuros a die pntis sententie computandos. Vel fuerit de accordo
cum Comitate ipsius Utini in quo tpe tractari possit de accordio inter ipsos extrinsecos
et dictam terram Utini, ita super redditu suo q super bonorum suorum restitutione. Et si
infra dictum tpus accordium non sequatur de ptibus vel aliquo ptium, tunc eo casu
transacto dcto tpe sex mensium tractatu sit prefato Magnifico dno dno Fra. de

Carraria Padue etc. et possit declarare, pronuntiare, ordinare et declarare quicquid voluerit et sibi placuerit tam super redditu ipsorum ~~[illegible]~~ extrinsecorum et cuilibet ~~[illegible]~~ eorum quam super restitutione bonorum suorum.

Item quod captivi hinc inde omnes libere relaxentur.

Item sententiat, declarat, pronuntiat et promulgat, arbitratur, componit et laudat idem Magnificus dominus dominus Franciscus de Carraria quod si inter dictas partes vel dictum patriarcham et Comunitatem, et eorum colligatos ex una, et Venetos et colligatos eorum partes ex altera, oriretur dubium quod absit, vel de et super partibus seu aliquibus partibus contentorum in dicta sententia, compromisso, arbitramento, laudo quocumque [illegible] dicta obscuritas, dubietas, ambiguitas, vel contrarietas aliqua ex toto vel in parte seu aliquo modo, ex nunc prout ex tunc idem Magnificus dominus reservat sibi plenam et liberam potestatem declarandi, dilucidandi, interpretandi, examinandi, diffiniendi et terminandi super et de ipsis quibuscumque dubiis, obscuritatibus, dubietatibus, ambiguitatibus vel contrarietatibus aliquibus prout eidem Magnifico domino videbitur et placuerit.

Que omnia et singula suprascripta laudat, arbitratur, arbitramentat, dicit, pronuntiat et componit, atque mandat idem Magnificus dominus fieri et observari et adimpleri per partes suprascriptas et singulos eorundem sub pena in compromisso posita et contenta, addita in singulis capitulis et compromissi capitulis suprascriptis [illegible] fuit contenta. Salvo et reservato eidem Magnifico domino omni via, modo et forma quibus melius et efficacius potuit atque potest vigore compromissi et consensus [illegible] arbitrii [illegible] potestate declarandi, arbitrandi, arbitramentandi, interpretandi, exponendi, et semper totiens et qualitercumque et quotiescumque fuerit oportunum. Salvas [illegible] sibi [illegible] reservans de iure et debitum per partes eidem per dictum compromissum et consensum quomodolibet attributum. Datum Padue in palatio habitationis suprascripti Illustris et Magnifici domini domini Francisci de Carraria Padue etc. die [illegible] ultimo Julii, M°CCC°LXXXIIII°, indictione septima.

Ceterum nota quod in dictis anno et indictione, die vero sabbati sexto mensis Augusti, in Civitate Austrie, in presentia copiosa multorum nobilium et circumspectorum de Civitate et aliorum, [illegible] ipsorum Civitatensium, in palatio patriarchali [illegible] circa horam xxj, facta fuit solempnis firma et fidelis obedientia et promissio obedientie [illegible] Reverendissimo patri et domino domino Reverendissimo [illegible] patriarche et cardinali etc. secundum formam predicte sententie, et ipsa sententia in omnibus et per totum ratificata fuit, approbata et laudata et affirmata per Nobiles [illegible] et per circumspectos viros ser [illegible] de [illegible], [illegible], ser Nicolaum magistri Gregorii et ser [illegible] de Andreis [illegible] procuratores, sindicos et nuncios dicte Comunitatis [illegible] constitutos ab eisdem sicut de eorum [illegible] constat publico instrumento sindicatus eiusdem scripto manu [illegible] notarii [illegible] sub dictis anno et indictione die [illegible] Augusti. Et de dicta obedientia, promissione et omni ratificatione et approbatione etiam constat manu [illegible] notarii et aliorum plurium notariorum ibidem existentium [illegible] scribere rogatorum. Que quidem [illegible] [illegible] et [illegible] longevis.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo CCC° LXXXVI°, indictione nona, die XXII° [illegible] per hoc presens publicum instrumentum pateat omnibus presentibus et futuris ipsum inspecturis quod Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus F[erdinandus] miseratione divina patriarcha Jerosolimitanus in partibus Aquilegensibus et [illegible] Apostolice Sedis nuncius venerabilibus viris dominis domino Ortobono de Cunerta decano, Canonicis et Capitulo Aquilegensis Ecclesie capitulariter more et stilo solitis congregatis presentavit et publicavit litteras apostolicas sanas integras et illesas non corruptas non suspectas nec viciatas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes vera bulla plumbea ipsius domini nostri pape ad cordulam canapis pendente more Romane Curie bullatas continentes commissiones certas et potestates attributas ipsi domino patriarche, quarum litterarum tenor sequitur et est talis.

Littere papales commisse reverendissimo domino patriarche Jerosolimitano;

Urbanus Episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Ferdinando patriarche Jerosolimitano Apostolice Sedis nuncio salutem et apostolicam benedictionem. Adeo dilectorum filiorum Civitatum, Comunitatum, et terrarum Castrorum et locorum patrie Foriiulii ad mensam patriarchalem Aquilegensem pertinentium universitatum mentes insanus et ceteris error invasit, ut cum ipsi corpore unum sint, et eandem matrem ac dominam suam Aquilegensem Ecclesiam recognoscant et asserant se pro patria libertate et iuribus ipsius Ecclesie pugnare et contra fures et pacis piratos, nichilominus tamen inventas partes diversas adversum semet ipsos parricidali et funesto bello accensis animis et hostilibus congressibus obstinate furiant, et [illegible] ad eorum perniciem presidia etiam quorundam assumentes, qui forsan libertatem eorum et substantias non illibenter exhaurirent, et multum super ipsorum calamitatibus [illegible], ex quo sequitur quod dum pro huiusmodi patria libertate pugnare [illegible] passim illorum [illegible] et ab eis eripiuntur opida et loca munita [illegible] consumuntur, et multum venerabilis frater noster Philippus Sabinensis Aquilegensis patriarcha in dicta patria sua ubi residebat locum tutum non habet, et propter bonum et [illegible] in alienis partibus commoratur. Nos autem super hiis paterno compacientes affectu sepius, et iam dudum per nostros nuncios et litteras temptavimus [illegible] dictas partes reintegrare et reducere [illegible] adequa.

Nunc vero cum partes ipse et etiam [illegible] nos per suos Ambaxiatores supplicatione [illegible] instantia requisierint ut super premissis de expedienti provide remedio dignaremur.

Nos [illegible] requisitione huiusmodi, et [illegible] pie et paterne commoti sollicite satagentes illud in hiis remedium adhibere quod [illegible] et utile sit et ab omnibus salubre [illegible] possit et debeat approbari, tandem exacta et matura deliberatione prehabita, de tuis circumspectione integritate et equanimitate rerum agendarum experientia [illegible] virtutibus confidentes [illegible] optima [illegible] resultat [illegible] ad partes illas [illegible] destinandum. ~~[illegible]~~

Fraternitati igitur tue attente requirimus et ortamur tibi nichilominus per apostolica scripta in virtute sancte obediencie districte precipiendo,

mandantes, ipsos ad easdem partes cum sine mora celeriter afferens et vias potius pacis domum prout ipsas ad unitatem pacem et concordiam prudencia tibi a deo data, et aliis acumine ingenii tui auctoritate nostra reducere studeas et etiam revocare.

Et ut premissa commodius pacem tamen eo felicius perficere valeas quo maiori per nos fueris potestate munitus, tibi tam inter partes ipsas quam inter colligatos defensores, valitores, complices et sequaces earum Civitatem pacem et concordiam tractandi, faciendi ac quibuscumque promissionibus obligationibus renunciationibus, iuramentis penarum adiectionibus et cautelis oportunis stabiliendi et firmandi ac etiam si pax huiusmodi propter difficultates rerum vel alias sic de facili fieri non possit inter partes colligatos defensores valitores complices et sequaces predictos sub spe pacis treugas indicendi necnon ligas et confederationes per partes ipsas eu quoscumque initas et quavis firmitate valituras, contrarium pacis seu treugarum huiusmodi et aliorum premissorum litteris effectibus obviantes dissolvendi et irritandi, et promissiones obligationes penas et iuramenta prestita in illis adiecta remittendi, ac etiam partes predictas et singulares personas earum ab excommunicationis et aliis sententiis et penis spiritualibus et temporalibus sive a iure sive ab homine, auctoritate sive per processum factum sive per nuncios nostros nostra auctoritate latis, quas partes et persone prefate occasione negociorum huiusmodi incurrissent, seu incurrisse dicerentur a sententiis et penis similibus in forma Ecclesie consueta recepto prius ab eis et singulis personis eisdem iuramento de stando super hoc ac iuris Ecclesie mandatis et iniunctis inde eisdem pro modo culpe salutari penitencia et aliis que de iure fuerint iniungenda ab aliis non penis et dictis temporalibus prout earum qualitas exegerit absolvendi et prout tibi videbitur expedire, in statum pristinum reducendi interdicti quoque sententias per te vel per alios prefatos vel eorum aliquem latas ac etiam in Civitates terras, castra, et loca predicta vel eorum aliqua latas, prout tibi videbitur suspendendi et etiam et omnino relaxandi et tollendi, etc.

Ac ipsius Civitates terras, castra et loca ad Ecclesiam et Marchiam Aquilegiensem predictas spectantia, sive per partes ipsas, sive per dilectos filios Nobiles viros ... et Comites generales sive per dilectum filium Nobilem virum Franciscum de Carraria Militem in Civitate Paduana Imperialem Vicarium seu personas vel Civitates, aut Universitates alias occupentur ad manus tuas vice Romane Ecclesie nostre reducendi, et sub nostra ac Romane Ecclesie predictarum Aquilegiensis Ecclesiarum obediencia retinendi et custodiendi, ac regendi et gubernandi, totaliter et singula, que ad reductionem retentionem custodiam regimen et gubernationem huiusmodi et alias circa premissa et premissorum quolibet necessaria et utilia fuerint faciendi exequendi et exercendi.

Contradictores etiam quoslibet et rebelles cuiuscumque preeminencie status gradus ordinis et conditionis existant, etiam si Cardinalatus patriarchali Archiepiscopali vel Episcopali seu Regia vel Reginali, aut alia qualibet Ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, quandocumque vel quotiescumque expedierit auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi ac seculares brachii si opus fuerit auxilio invocandi, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris nostri et de una et de duabus dietis in concilio generali quam aliis constitucionibus Apostolicis contrariis quibuscumque seu si prefatis ... Communi Feeduristo, Colligatis defensoribus valitoribus complicibus et sequacibus predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra

ecclesia tota ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem plenam et liberam auctoritate apostolica presentium tenore concedimus potestatem.

Age itaque venerabilis frater et felicibus progressibus successibus et sic virtute in premissis studeas operari quod exinde sperati fructus proveniant. Tuque exinde [illegible] consequi [illegible] apud nos et etiam [illegible] condicionem amplam [illegible] et apud bonos [illegible] digna laudem. Datum Rome [illegible] xiiii kal. Octobris pontificatus nostri anno octavo. Quibusquidem litteris apostolicis per prefatum dominum Urbanum et nuntium apostolicum sic publicatis, prefati domini Octobonus vicedecanus canonici et capitulum eidem domino patriarche et nuntio apostolico se humiliter et reverenter ad obedientiam debitam et omnimodam obtulere. Acta fuit hec Aquilegie in domo habitationis et residentie ipsius domini patriarche et nuntii apostolici presentibus venerando in Christo patre et domino domino Francisco episcopo Eugubino, et egregio legum doctore domino Johanne de monte Granario et nobili viro domino Petro magistri Pauli de Perusio et nobili viro [illegible] Bruardo seniori de Strassoldo, presbitero Simeone de Cenera et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et ego Paulus Taddei de Braccenis de [illegible] publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius suprascriptis presentationi supradictarum litterarum apostolicarum omnibusque aliis et singulis suprascriptis presens fui, easque litteras de verbo ad verbum ut superius [illegible] et omnia alia [illegible] de mandato suprascripti R. domini patriarche et nuntii apostolici propria manu transcripsi scripsi et in hanc publicam formam redegi meumque signum apposui consuetum.

Et ego Alexander nato [illegible] notarius de Cenera publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius una cum dicto Paulo notario suprascriptas litteras apostolicas transcriptas ascultavi et per eas invenire concordare per omnia dictumque [illegible] presens [illegible] de mandato eiusdem domini patriarche et nuntii apostolici me hic subscripsi meumque signum et nomen apposui consuetum. Anno [illegible] die loco et testibus predictis suprascriptis.

In xpi noie amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCLXXXVI, indictione VIIIIa, die duodecima
mensis marcii p pns publicum instrum pateat omnibus pntibus et futuris ipm
inspecturis qd Reverendissimus in xpo pater et dns dns Ferdinandus miseratione divina
patriarcha Jerosolimitanus in prinnopo Aquilegen et Gradien aplice sedis nuncius, ven
erabilibus dno Ottobono de Ceneta decretorum doctore decano .. canonicis, et caplo ecclie Aquilegen,
capitulariter inde et solo solito congregatis pntavit et publicavit lras aplicas sanas
integras et illesas, non corruptas non suspectas nec viciatas sed omni prorsus vicio
et suspitione carentes, vera bulla plumbea, ipius dni nri pp ad cordulam canapis
pendente more Romane Curie bullatas, continentes commissiones sibi factas, et potestates attributas,
ipi dno patriarche quarum lrarum tenor sequitur, et est talis.

Urbanus epus servus servorum dei, venerabili fratri Ferdinando patriarche Jerosolo-
mitano aplice sedis nuncio, salt et aplicam bndictionem.

Cum te ad patriam Foriulii, ut dilectos filios Comunitates Civitatum et
universitates terrarum castrorum et locorum ad ecclesiam et mensam patriarchalem Aquilegen
spectantium pntialiter invicem dissidentes, ad unitatem pacem et concordiam
reducere et revocare, penes psonaliter destinemus et tibi inter dissidentes eosdem uni
tatem pacem et concordiam tractandi stabiliendi treugas etiam inducendi, ac
ligas, et confederationes p eorum aliquos cum quibuscumque initas dissolvendi, et
civitates terras, castra et loca pdicta ad manus tuas nro et Romane ecclie noie
reducendi et sub nra, et Romane ac Aquilegen ecclesiarum pdictarum obedientia retinendi
custodiendi, regendi et gubernandi, contradictores etiam et rebelles, auctoritate nra
p censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam dederimus p
nras lras potestatem, put in ipis lris contintur, Nos attendentes qd negocia in
~~et supra fro~~.

Nos attendentes in et supra fro qd negocia expedientia tibi commissa, eo felici
psequi poteris, quo maiori p nos fueris auctoritate munitus, auctoritate tibi tenore
pntium indulgemus ut subditos et vasallos mense et ecclie pdictarum ad unitatem
pacem et concordiam seu treugas huiusmodi ineundas ad exhibendum libere tibi et
in tuis manibus civitates terras castra, et loca pdicta et quodlibet eorum ac alias
ad pstandum tibi nro et Romane ac Aquilegen ecclesiarum pdictarum noie obedientiam
debitam et devotam, put expediens fuerit etiam p captionem et incarcerationem psonarum
sequestrationem distractionem privationem publicationem et confiscationem feudorum et bonorum
que ab ipa Aquilegen ecclia vel sub eius temporali iurisdictione tenent ac alias penas
et multas reales et psonales libere possis pdicta auctoritate appellatione postposita coercere,
non obstantibus omnibus que in pdictis lris voluimus non obstare. Dat Janue XIIII
kl febr. pontificatus nri anno octavo. ~~Quibus quidem~~ lris aplicis

Quibus quidem lris aplicis ut p pfatum dnm patriarcham et nuncium aplicum
sic publicatis pfati dni Ottobon de C. decretorum doctor can et caplm eundem dnm patriarcham

et nuntium apostolicum humiliter et reverenter admittentes eidem obedientiam debitam et
omnimodam exhibuerunt. Acta sunt hec apud Pulegie in domo habitationis et residentie
eiusdem domini patriarche et nuntii apostolici, anno indictione et die ac mense quibus supra, presentibus Reveren-
dissimo in Christo patre et domino domino Francisco episcopo Gebien et sapiente viro domino Iohanne
de Montegranario legum doctore ac nobili viro Petro magistri Pauli de Perusio
et presbitero Enrico de Cenita testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Alexander nati Bartholomei notarius de Cenita publicus apostolica et imperiali
auctoritate notarius suprascriptis presentationi et preteritationi et publicationi suprascriptarum litterarum apostolicarum
omnibusque aliis et singulis dum sic ut supra scriptis presens fui et ipsasque litteras et copias de verbo ad verbum
ut superius continetur et omnia alia supradicta de mandato supradicti reverendissimi domini patriarche et nuntii
apostolici propria manu transcripsi, scripsi et in hanc publicam formam redegi, meumque signum
consuetum et nomen apposui in testimonium omnium premissorum.

Et ego Paulus Taddei de Oracens de Srogin publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius
una cum supradicto Alexandro notario suprascriptas litteras apostolicas ascultavi et eas invicem
eas concordari invenimus, ideo me de manu mea eiusdem presentationi et suprascripti domini domini patriarche
nuntii apostolici subscripsi, et presens omnibus predictis interfui, presentibus testibus suprascriptis eisdem
loco anno mense et die et ideo meumque signum apposui consuetum.

M°ccclxxxxviiij° Indicione viij.a de mense aprilis.

Divisiones facte inter dominum ... Ducem Bavarie et ... olim Magistri ... domini Meinardi ... Goricie et Magistros Comites ... dicti ol. domini Comitis et primo notantur partes que evenerunt dictis comitibus

Divisiones a partes sunt hec, Inprimis p parte evenit dictis Comitibus Goricia et Lucinum ac Sanctamichelspurch et Felz cum feudis et omnibus corporibus ...
Item in parte evenit dictis Comitibus due partes de Cormons.
Item sup Carsis evenit dictis Comitibus, Hosperch, Raspurch, et Svvarzenech et Hornberch.
Item due partes de portuslatisana dictis Comitibus.
Item dictis Comitibus locus Belgradi, et Quadrivium;
Item due partes Garitti, et omnium bonorum pertinentium ad loca Castelutti, Belgradi, et etiam portuslatisane evenerunt dictis Comitibus.

Partes que pervenerunt domino Duci de Bavaria

Inprimis evenit domino Duci Bavarie tertia pars Cormoni.
Item eidem domino Duci, Castrum ... et Reyfenberch.
Item una pars Castelutti, que erat domini Comitis Goricie evenit dicto domino Duci.
Item tertia pars portuslatisane evenit dicto domino Duci.
Item tertia pars Garitti, et omnium bonorum pertinentium, ad loca Castelutti, Belgradi et etiam portuslatisane, pervenit ad dictum dominum Ducem.

Et nota quod hic non sunt notate partes facte inter dictos dominos de Castris existentibus in Alemania;

Compromissum factum per Leonardum de Andreottis et Franciscum de Missis Comunitatis Utini de omnibus que petere possent ipsi Comuni ... de gestis per eos etc.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis domini Millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Indictione vij.a
die xvij.o Julij. Actum Utini super magna sala domus Comunis in pleno consi-
lio ibidem ad sonum more campane more solito congregato coram prudenti
viro ser Guglelmo Furlano de Turre honorabili Capitaneo pro reverendissimo in Christo patre et domino
nostro domino Johanne dei gratia patriarcha Aquilegiensi in quo quidem consilio interfuerunt
nobiles sapientes et prudentes viri domini Andreas de Montical in iure civili licenciatus
magister Jacobinus Arcium et medicine doctor, Hector Aquilette, ser Nicolaus Mamini
Leonardus de Brodamolo; Nicolussius de Castelerio, Petrus de Bellonis, Johannes de
Fagania, Franciscus Arcoloniani, Manfredus Drapius, Franciscus de Cavalcantibus
Thomasinus notarius Nicolitti, Stephanus Bertulini, Nicolussius ser Zanini, Johannes
de Cassinis, Monathinus de Panzano, Johannes Marchisii, Christoforus Cignotti, Nico-
laus Candidi, Johannes Ottacini, Bartholomeus Curtoni, Floridus sutor, Leonardus
sutor, Thomasinus Lucetti, Bartholomeus Manine, Dominicus Mandine, Meliadusius de
Andreottis, Virardus Peliutti, Nicolaus Damoldi, Franciscus Zanutti, Jacobus archa-
rius, Anthonius de Fagania, Pourato Comius et Ambrosius quondam magistri Lazari
Camerarius presentibus prudentibus viris ser Odorico et Johanne filiis de Andreottis, et Marquardo
quondam ser Detalmi de eadem domo, Anthonio fratre Honorii de Pocenia, Tobia de Sibilitis de Glemona
Christoforo quondam Virgilij, Cusono drapario et Meynardo quondam ser Constantini de Castellerio testibus et
aliis ad infrascripta vocatis et rogatis. Cum ex nonnullis rationabilibus causis ad petitionem

prudentis viri ser Manfredi de Apiano Camerarii Communis Utini, nomine et vice Communis et
pro eo et Johannis Otacini tamquam procuratoris tunc dicti Communis, Et quod ad
petitionem et instantiam eorum et precedentem vocem domini Anthonii de Vulde de
Vincentia tunc Capitanei dicte terre Utini, ex suo officio procedentis, facte
fuissent certe processus et certe sententie contra quas fuissent late et date contra personas
ser Leonardi de Andreotti et Francisci ser Orsi de Utino, et omnia bona
eorum prefato Communi vigore dictorum processuum et sententiarum fuerunt, et sunt
confiscata prout de predictis processibus et sententiis plenius constat manu Jacobi
notarii de Carnia Utini habitantis. Et pridem per certos affines et consanguineos
predictorum Leonardi et Francisci humiliter supplicatum extitisset suprascriptis dominis Capi-
taneo et Consilio, quatenus gratiam eisdem Leonardo et Francisco benignius largiri
et concedere dignaretur, possendi habere terram intrare et in ea stare et habitare,
cum bonis viciniis, cum sint prorsus dispositi ad bonum statum dicte terre.
Et per ipsos quidem dictos Capitaneum et Consilium huiusmodi supplicationi
graciosius annuentes supradicte materie extiterit deliberatum, quod pro bono
statu huius terre, ex quo ipsi ser Leonardus et Franciscus erant bene dispo-
siti ad bonum statum dicte terre, considerantes nichilominus etiam quod quanto maior copia
sit ad bonum statum dicte terre, bonorum viciniorum est in hac terra tanto ipsa terra feliciora suscipiet incrementa
bonorum viciniorum est in hac terra, tanto ipsa terra feliciora suscipiet incrementa
eisdem ser Leonardo et Francisco petita gratia fieri deberet, videlicet possendi habere
terram intrare, in ipsaque stare, et habitare prout antea faciebant, et prout facere
possunt alii boni vicini non obstantibus aliquibus sententiis et processibus contra eos
usque in presentem diem factis et latis, cum hac tamen conditione quod ipsi ser Leonardus
et Franciscus debeant quietare Communitatem Utini predictam de omnibus que sibi
quacumque occasione petere possent usque in presentem diem et omnes alias personas
quibus aliquid petere intenderent vel vellent, vel possent occasione confiscationum
contra eos vel bona ipsorum vigore dictorum processuum et sententiarum, et non aliter. Et
ipsam quidem deliberationem ipsi ser Leonardus et Franciscus habuissent gratam acceptam
et gratiosam, Propterea dicti ser Leonardus et Franciscus constituti coram suprascriptis dominis
Capitaneo et Consiliariis pro exequendo et effectui demandando contenta in dicta
in dicta deliberatione, cognoscentes gratiam eis factam, fecerunt ipsi duo simul et quilibet
et quilibet ipsorum separatim pro se et eorum heredes prudenti viro Ambrosio quondam Maffei
Lazari physici camerario suprascripto, et dicto camerario nomine Communis Utini recipienti
ac Anthonio quondam nobilis viri ser Federici de Fagania tamquam procuratori dicti
Communis stipulantibus et recipientibus nomine dicti Communis ac vice et nomine
omnium et singulorum viciniorum et aliarum personarum qui et que aliquas res seu bona
emissent de eorum vel alicuius ipsorum bonis venditas, seu vendita ad instantiam
dicte Communitatis, perpetuam finem remissionem, quietationem et absolutionem de omnibus
et singulis gestis et factis contra eos et quemlibet ipsorum, ac omnibus bonis ipsorum et cuiuslibet
eorum confiscatis dicto Communi occasione dictorum processuum et sententiarum contra eos et quemlibet ipsorum factorum
et latarum, nec non de omni eo quod contra predicta attemptare possent. Promittentes
ipsi ser Leonardus et Franciscus Camerario et procuratori stipulantibus et recipientibus vice et nomine ut supra ipsi
Communitati, nec alicui Vicino eiusdem Communitatis seu alicui alteri persone qui vel
que emerit de bonis ipsorum seu alicuius eorum, ullam aliquam litem vel questionem
occasione predictorum inferre, facere, vel movere, sed predictam finem remissionem et
quietationem perpetuo tenere et observare ratam gratam et firmam et non
contrafacere, dicere, vel venire, aliqua ratione vel causa, sub pena dupli eius
de quo questio moveretur. Qua soluta vel non nichilominus predictis et
omnia et singula in eo contenta obtineant perpetuam firmitatem.

Carta Belloni contra magistrum Iacobum de Montegnacho de marchis solidorum septuagintatribus et sol. Centumquatuor.

MCCCCXXXII indictione [illegible] die xxij aprilis. Actum Utini super Cancellaria
comunis presentibus sapiente viro domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore
ac Utini et providis viris ser Morando de Castello, ser Antonio de [illegible]
et [illegible] de Bombenis [illegible] quatuor ex septem deputatis ad ra-
tiones terre Utini ac Antonio [illegible] testibus et aliis ad suprascripta vocatis.
Cum providus vir Bellonus de Orbitis diceret debere recipere habere
a Comunitate terre Utini de provisione sibi promissa pro custodia castri, [illegible] centum
octuaginta marcharum sol. pro anno a die primo mensis octobris MCCCCXXXI
usque per totum presentem mensem quo facto computo est de dicta provisione marchas sol.
Quinquagintaseptem et sol. Centumquatuor, facta debita calculatione inter Camerarium
et Calculatores comunis ex una, et dominum Bellonum ex altera, [illegible] diceret
deberet idem Bellonus a dicta Comunitate certum premium [illegible] pro [illegible]
data sibi per eandem Comunitatem [illegible] pro bono eiusdem in faciendo [illegible]
formationem [illegible], et dicti deputati determinassent [illegible] dicta debere per dictam Comunitatem et
dicta [illegible] premii sibi debendum pro dicta [illegible] marchas solidorum [illegible] que [illegible]
marche cum provisione [illegible] marchis in summa [illegible] marchas sol. septuagintatres et
sol. Centumquatuor. Nunc vero providus vir Jacobus [illegible] de Montegnacho camerarius
Comunitatis de mandato et presentibus dictis quatuor deputatis [illegible] pro nunc [illegible]
promisit et solenniter dare et solvere dicto Bellono stipulanti [illegible] dictas septuagintatres
marchas sol. et sol. Cent. quatuor hinc ad quindecim dies [illegible] sub pena [illegible] etc.
Et promisit [illegible] sibi respondere [illegible] Utini [illegible] etc. et [illegible] placere sive [illegible] etc.
Pro quibus omnibus attendendis obligavit eidem Bellono omnia bona sua etc.

[illegible] de magistro Jacobo. Dicta die supradicti domini deputati pro [illegible] magistri Jacobi de
Montegnacho, deliberaverunt et sic determinaverunt, quod in casu quo Comunitas
non haberet pecunias cum quibus in [illegible] ipse magister Jacobus non posset in
dicto termino solvere debitum promissum, quod ipse Camerarius [illegible] et [illegible]
possit dicti premii [illegible] usque ad [illegible].

Adsit principio virgo Maria meo. Amen.

Camerariatus providi Johannis de Fagian[o], cum domino Fidenci Ubaldini [illegible]

Predictus quidem Johannes cum domino Fidencia de Fagiano [illegible], creatus fuit camerarius communis [illegible] more solito per annum integrum proxime futurum die festi beati Michaelis archangeli, penultima septembris, millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, indictione sexta. Cui et omnibus faveat altissimus [illegible].

Camerar. Tom.

1383

Venditiones datiorum.

In primis datium [illegible] venditum et deliberatum fuit more solito in platea communis [illegible] adicantium [illegible] die primo octubris, pro durante pecunia communis [illegible] Christoforo Cignotti de [illegible], per annum integrum [illegible] usque ad festum sancti Michaelis futurum, et pro totam diem inclusive, [illegible] sub camerario Jacobi de [illegible] [illegible] — pro mille quattuor [illegible] de [illegible]. Et [illegible] mille et trecentas marcas [illegible] [illegible].

[margin:] Item.

Nota quod dictum datium [illegible] integrum solutum fuit communi pro venditiones excessum eiusdem, quod debitur [illegible] communi in terminis, ut de venditionibus [illegible] excessum patet clare in quaterno camerariorum [illegible]. [illegible] excessus [illegible] quo mandato, mille [illegible] et ideo
Item venditum fuit dictum datium extraordinarie, propter [illegible] causas necessitatum [illegible] [illegible] die [illegible] mensis januarii,
Nicolao [illegible] in [illegible] [illegible] pecunia soluta [illegible] pro novem centum et quinque marcarum [illegible]. De quo [illegible] in pleno consilio [illegible] more solito fuit [illegible] Nicolaus [illegible] per [illegible] [illegible] deliberatum consilium, [illegible] et ordinatum [illegible] [illegible] emptor [illegible] Nicolaus [illegible] [illegible] novecentum et quinquaginta [illegible] et recepisse [illegible] Thomasio [illegible] Johanni [illegible] Christoforo [illegible] [illegible].

[margin note:] consilio de voluntate et mandato dominorum [illegible] capitanei et consilii [illegible] deliberatum [illegible] [illegible] Johannes camerarius fuit [illegible] Christoforo et Thomasio Nicolao [illegible] et Johannis [illegible] fuit [illegible] remissum [illegible] — [illegible] CXX.

[margin:] panis

[illegible] datium [illegible] deliberatum fuit datium panis pro [illegible] Leonardo [illegible] [illegible] [illegible] dictum [illegible] [illegible] in terminis [illegible] [illegible] platea communis [illegible] more solito, in presentia nobilium et circumspectorum virorum dominorum [illegible] [illegible] Andree [illegible] [illegible] Nicolai [illegible] [illegible] Blasii [illegible] Johannoli Leonardi [illegible] Viviani [illegible] Galatini de [illegible] [illegible] Nicolai [illegible] Francisci Cavalcanti, [illegible] de Balatinis, [illegible] Rayneri, Nicolai [illegible] [illegible] Leonardi [illegible] notarii de [illegible], Nicolucci [illegible] Stephani [illegible] Leonardi de [illegible] Zanni de Burgo, Christofori Cignotti et Johannis de Fagiano camerarii dicti communis [illegible] et aliorum plurium testium. Postmodum vero sub [illegible] millesimo, indictione, die vigesimo [illegible] octubris, [illegible] cancellaria communis [illegible] ubi fit et celebratur [illegible] consilium, in presentia nobilium virorum [illegible]

[margin:] [illegible] pro [illegible] Johannis [illegible]

[illegible] de Colorito [illegible] de Castello, Nicolucci notarii [illegible] et [illegible] Nicolucci notarii [illegible] et Thomasii [illegible] [illegible] et aliorum plurium testium: supradicta excessa [illegible] et [illegible] [illegible] datii panis, extraordinarie in pleno consilio [illegible] necessitatem [illegible] vendita fuit atque deliberata [illegible] Nicolucio notario [illegible] Zanni de Burgo et Johanni Leonardi de [illegible] in [illegible] pecunia soluta pro [illegible] Nicoluccium et Johannem pro centum et decem marcas [illegible] de quo [illegible] et excessus datii panis [illegible] consilio et cancellaria, in presentia [illegible] consiliariorum et testium [illegible] de voluntate [illegible] [illegible] [illegible] et consilii [illegible] deliberatum [illegible] Johannes camerarius de voluntate [illegible] [illegible] Galatini de Balatinis et Nicolai [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] excessum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] excessum datii panis in [illegible] [illegible] [illegible] successoribus [illegible] Nicolucio et Johanni [illegible] [illegible] [illegible] absolutos et [illegible] remissionem [illegible] aliquam [illegible] [illegible] [illegible] absolutos et liberatos [illegible] [illegible] successoribus [illegible] Nicolucci et Johannis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] remissionem [illegible] et omnia [illegible] firma [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] Bernac.	Item [illegible] vochant [illegible] et deliberatum fuit de [illegible] p[ro] [illegible] precio [illegible], [illegible] de bono p. [illegible] et centumquinquaginta sex et [illegible] den. [illegible]	p. [illegible] CLXXXVI [illegible] den.

[illegible] Salis | Item [illegible] Salis [illegible] deliberatum fuit p[ro] [illegible] p. pauli precio [illegible] [illegible] Thomas [illegible] den. [illegible] sexaginta. | p. LX. [illegible] den.

stipulante vice sua et efficaciter curaturos et procuraturos, ordinemque effectualiter
daturos, quod omnes alii absentes Cives et habitatores terre Utini iuris ypotece
seu obligationis habentes in et super dicto dacio vini ex causis predictis vel mutuacionis et pigno-
rationis et concessionis Communitati predicte vel alia quavis occasione in dictam venditionem,
ad omnem requisitionem eiusdem emptoris laudabunt, et approbabunt, ratamque et
firmam ipsi emptori, et eius heredibus perpetuo habere et tenere promittet. Quibus quidem
sic pactis, Nominatus prudens vir Manfredus Deganus Camerarius Communis Utini
prelibatus, tamquam Camerarius et Camerario nomine dicti Communis Utini, de volunta-
te, deliberatione, et consensu, omnium Consiliariorum suprascriptorum, Et presertim
de speciali consensu et voluntate dictorum Simonis de Pocoto et Johannis
Orarin procuratorum ~~pro se et quoslibet successores suos~~ confitens, et
cognosce ibidem clarificans, se pretium dicti dacii vini videlicet duo millia ducatorum
boni auri, et iusti ponderis a prefato ser Johanne emptore dante et solvente
pro se et sociis suis prefatis, integre habuisse et recepisse camerario nomine
predicto, renuncians exceptioni sibi dicti pretii non dati non soluti ac sibi spe
future numerationis non numerati et omni alii legum et iuris auxilio tam com-
muni quam civili. pro se et quoslibet successores camerario nomine predicto fecit eidem ser
Johanni emptori stipulanti pro se heredibusque suis ac prefatis ser Nicolusso
Christoforo Cignotti et Nicolao de Candide eius sociis, ipsorumque et cuiuslibet eorum
heredibus finem remissionem quietationem et perpetuam absolutionem, de pretio predictorum
duorum millium ducatorum, ac pactum de ulterius aliquid non petendo de predictis
ipsum ser Johannem stipulantem vice et nomine predicto per acceptilationem, aquiliana et
stipulatione per eundem ser Johannem legitime premissis, promittensque Camerario
nomine quo supra hanc quietationem, finem remissionem et absolutionem perpetuo habere
et tenere ratam, gratam et firmam. Et dictum datium eidem emptori suisque
heredibus, et omnibus qui in eo ius habuerint a dicto ser Johanne emptore ab
omni homine persona collegio, Communi et universitate defendere auctorizare et
disbrigare et in parte in totum manutenere, per totum tempus anni superius
declarati, obligans ad hec dictus Camerarius Camerario nomine quo supra dicto ser Johanni
emptori omnia bona dicti Communis presentia, et futura mobilia et immobilia.

Venditio dacii vini vendite Christoforo Cignotti, et Nicolusso ser Zanini [illegible] pro se et Johanne de Leonardo [illegible] ac Nicolao de Candide. pro uno anno incepto in festo sancti Michaelis. MCCCCXVIII.

In Christi nomine MCCCCXVIII. indictione XI die XXVIII Augusti. In pleno consilio terre Utini
super cancellaria Communis eiusdem terre, ad sonum campane more solito convocato, coram prudente
